




RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Volent non rarò pii ac moderati homines, vite hujus miseras multiplices, religiosa quadam animi consideratione perpendentes, admirari vehementer, quid in causa sit, quod justis, de quorum pietate, vite sanctimonia atq; integritate satis constat, præ ceteris morte subripiantur repentina; quibus aliàs in verbo DEI sacrosancto diuturnioris vite spatia conceduntur, & digni sunt omninò viri istiusmodi boni, ut propter alios vite hujus usura longiori perfruantur. Verum consilii hujus sapientissimi divina benignitatis & misericordiae causa sunt rarissima. Etenim mortem hanc temporalem, quam, ob contumaciam primorum nostrorum parentum extremam, Deus ipse severissimè comminatus est universis, omnes etiam, cujuscunq; sint ætatis, sexus aut dignitatis, tandem subire necesse habent; ut ita absolvi possit nemo à sententia hac mortali; sed omnes, quotquot unquam sub Sole vixerunt, & deinceps ad finem usq; mundi futuri erunt, debitum hoc naturæ ultimum suo loco & tempore persolaturi sint. Hoc tamen animadvertendum est diligenter, sepius ex hoc mundi pelago infestissimo justos, opinione nostra citius, evocari, ut vite hujus miseriis & calamitatibus innumeris se quasi subducant, & ad æterna perveniant gaudia, ubi conspectu & consuetudine celestium animorum fruuntur, nec amplius curis hujus seculi & laboribus assiduis conficiantur, sed ad quietem jam delati perpetuam, bonis circumstantiis omnibus, ad sempiternam & nunquam desistam beatitudinem spectantibus. Quo consilio DEI misericordis, nobis licet abstruso & incognito, præceptus quocq; fuit Vir honoratissimus, Dn. CHRISTOPHORUS Brunewaldt / Civis hujus loci & Mercator inter ceteros facile primus, quem quatrinduo abhinc morte pia & placida, ex hac ad alteram illam beatioram vitam abiisse, significatum Nobis, & simul petitum fuit diligenter, ut propter familiæ dignitatem, nostro quoq; comitatu funeris exequias, die hodierno, finitis precibus institutas, cohonestaremus. Quod ipsum uti honestè denegare minimè potuimus; ita libenter ea, quæ ad piè defuncti memoriam pertinent, in imitatione hac describi more usitato curavimus. Natum autem fuisse accepimus piè denatum, anno supra millesimum, quingentesimum, septuagesimo, die M. Decembris vigesimo sexto, à parentibus spectatissimis; patre, Viro prudentissimo, Dn. JOHANNES Brunewaldt / Senatore Reipublicæ Lipsiensis emerito, & senè octogenario; qui parentem habuit, τὸ μακροῦς nostri avum, Dn. BLASIVM Brunewaldt / Medicinæ Doctorem, & trium Electorum Saxonie, Dn. JOHANNIS FRIDERICI, Dn. MAURITII & Dn. AVGVSTI, τὸν ἐν ἰατρικῇ Medicum peritissimum; Matre verò femina ornatissima ANNA, Dn. GEORGII Schöna bergs / quondam Civis hujus loci honoratissimi filiâ. Ab hisce parentibus piè demortuus, à prima statim pueritia, educatus est modestè & liberaliter, in pietate & virtutibus, ætati puerorum maximè conjunctis, & ad studia literarum adhibitus, sub institutione tam publicâ, quàm privâ, viri in primis eruditi, Dn. M. MATTHIÆ Franckens / quondam hic Lipsiæ Diaconi ad D. Nicol. In qua quidem institutione ad pubertatem usq; perstitit piè defunctus; deinde verò ad mercaturæ studium se adjunxit, & non solum Patri viro optimo, sed etiam aliis, cum quibus negotium erat, per omnem vitam ex animo fideliter satisfacit. Anno supra millesimum, sexcentessimum, undecimo, die M. Junii tertio, ad publicâ Sponsalia antegressa, nuptias fecit cum Virgine tum temporis honoratissima, GERTVDE, Viri quondam prudentissimi, Dn. HEINRICI Rotheupto Junioris, & Reipublicæ Lipsiensis Senatoris filiâ; privignâ verò Dn. CHRISTIANI Eulenaus / itidem Senatoris Spectatissimi; qua cum vixit in conjugio honorato & amico, annos supra quatuordecim, pater factus liberorum quinque, quatuor videlicet filiorum, & unius filiolæ; de quibus duo adhuc fratres, cum una sorore, annos impubertatis suæ in pietate & virtutibus, sub publicâ & domestica institutione, agunt. Quod ad reliquam τὸ ἐν ἰατρικῇ vitam attinet, fuit ille ab ineunte ætate religiosè pietatis studiosissimus, & eam non solum in publicis congressibus ecclesiasticis declaravit, utendo Sacrà Synaxi in anno aliquoties, sed etiam domi privatimq; per omnem vitam suam testatus est, illis præsertim virtutibus, quæ in homine Christiano ab ipso SPIRITV SANCTO commendantur; ut sunt amor & studium in audiendo verbo divino, & secundum illud vitam suam instituendo; dilectio item proximi & ejusdem jurandi & promovendi promptitudo. Ex quibus, ceu solidis reliquarum virtutum omnium fundamentis, extiterunt plura alia officia, quibus se commendabilem reddidit piè demortuus apud Patrem, senem grandævum, & alios, quibus omnibus in universum observantiam, humanitatem & amorem debitum ostendit, & re ipsâ exhibuit indefinenter. In faciendâ verò Mercaturâ, & re familiari administrandâ, eum se gessit piè denatus, ut nemo fuerit, qui sinistri aliquid de ipso suspicari potuisset; erga uxorem placidus & honorificus fuit; in liberis autem piè & liberaliter educandis curiosus & circumspectus; in paupertate subleuanda benignus & beneficus; deniq; in cunctis vite suæ actionibus reliquis attentus, studiosus, moderatus & officiosus. Factum est autem diebus abhinc quatuordecim, ut ipse quoq; morbo hoc tempore epidemio, febrî videlicet ardentissima corripetur, cujus depellendæ gratiâ, quantum per curam diligentem & assiduam Medicorum fieri potuit, omnis generis medicamenta, varia quidem eaq; exquisitissima adhibita fuerunt; sed frustra, uti ferè solet, crescente indies morbi vehementiâ, & deficientibus omnibus corporis nervis. Quare inditiis hisce concurrentibus haud dubiis, ad celestem Medicum, CHRISTVM JESVM, se convertit, piè defunctus, & in eo, ut vero & unico opitulatore suo, spem omnem posuit, illius corpore & sanguine pasci se curavit; ac proinde per fidem salvificam, beneficia morte Redemptoris sui partia apprehendit, certò & indubitato credens, se ex sola fide, per & propter meritum CHRISTI unicum salvari, & heredem fore vite & salutis æternæ. Quare paratissimus fuit ad beatam analysin, quam petiit & impetravit demum, inter consolationes piæ & assiduas, proximo die JOVIS, horam circiter nonam vespertinam, anno ætatis suæ quinquagesimo quinto, nondum completo. Anima τὸ μακροῦς in sinum ABRAHE delata, gaudio fruitur inenarrabili; corpus verò exanime hodie, post tertiam vespertinam, ad locum sepulturæ, usitatis ceremoniis, efferetur. Quo tempore ut præsto sint Magnifico Dn. PRORECTORI reliqui Civis Academici, & cum eo funus comitatu decenti sequantur, volumus & mandamus. Quod officium, uti per se pium & honorificum; ita sine dubio viduæ & liberis piè denati, toti q; familiæ spectatissimæ gratum & acceptum erit. PP. XVIII. M. Septembr. Anno τῆς παρθενίας σωτηρίας M. DC. XXV.

LIPSIÆ, Typis exscribat GEORGIUS LIGER.



RECTOR ACADEMIAE LIPSIENSIS.

Solent non raro pii ac moderati homines, vite huius miseras multiplices, religiosa quadam animi consideratione perpendentes, admirari vehementer, quid in causa sit, quod iusti, de quorum pietate, vite sanctimonia atq; integritate satis constat, præ cæteris morte subripiantur repentinæ; quibus aliàs in verbo DEI sacrosancto diuturnioris vite spatia conceduntur, & digni sunt omnino viri istiusmodi boni, ut propter alios vite huius usura longiori perfruantur. Verum consilii huius sapientissimi diuine benignitatis & misericordie causa sunt

in parentum extre-
mæ aut dignitatis,
vixerunt, & dein-
animadvertendum
& calamitatibus in-
uantur, nec amplius
zibus, ad sempter-
incognito, præceptus
r ceteros facile præ-
Nobis, & simul pc-

titum fuit diligenter, ut propter familie dignitatem, nostro quoq; comitatu funeris exequias, die hodierno, finitus precibus institutas, cobonestaremus. Quod ipsum uti honeste denegare minime potuimus; ita libenter ea, que ad piæ defuncti memoriam pertinent, in-
timatione hac describi more usitato curauimus. Natum autem fuisse accepimus piæ denatum, anno supra millesimum, quingentesi-
mum, septuagesimo, die M. Decembris vigesimo sexto, à parentibus spectatissimis; patre, Viro prudentissimo, Dn. JOHANNÉ
Brunnewaldt / Senatore Reipublice Lipsiensis emerito, & senè octogenario; qui parentem habuit, τὸ ἄλλοτὸς nostrum, Dn. BLA-
SIV M Brunnewaldt / Medicinæ Doctorem, & trium Electorum Saxonie, Dn. JOHANNIS FRIDERICI, Dn. MAVRITII
& Dn. AVGVSTI, τὸν ἰσοδότην Medicum peritissimum; Matre vero femina ornatissima ANNA, Dn. GEORGII SCHÖN-
bergs / quondam Civis huius loci honoratissimæ filia. Ab hisce parentibus piæ demortuus, à prima stætim pueritia, educatus est mo-
destè & liber aliter, in pietate & virtutibus, etati puerorum maximè conjunctis, & ad studia literarum adhibitus, sub institutione
tam publica, quam privata, viri imprimis eruditi, Dn. M. MATTHIÆ Francens / quondam hic Lipsiæ Diaconi ad D. Nicol.
In qua quidem institutione ad pubertatem usq; perstitit piæ defunctus; deinde verò ad mercaturæ studium se adiunxit, & non solum
Patri viro optimo, sed etiam aliis, cum quibus negotium erat, per omnem vitam ex animo fideliter satisfecit. Anno supra millesti-
mum, sexcentesimo, undecimo, die M. Junii tertio, ad publicam Sponsalia antegressa, nuptias fecit cum Virgine tum temporis bono-
ratissima, GERTVDE, Viri quondam prudentissimi, Dn. HEINRICI Kotheupts Junioris, & Reipublice Lipsiensis Senato-
ris filia; privignâ vero Dn. CHRISTIANI Eulenaus / iidem Senatoris Spectatissimi; qua cum vixit in conjugio honorato &
amico, annos supra quatuordecim, pater factus liberorum quinque, quatuor videlicet filiorum, & unius filiole; de quibus duo adhuc
fratres, cum una sorore, annos impubertatis sua in pietate & virtutibus, sub publica & domestica institutione, agunt. Quod ad re-
liquam τὸ ἄλλοτὸς vite attinet, fuit ille ab incunite etate religiose pietatis studiosissimus, & eam non solum in publicis congressibus ec-

